

notum est. Passim in suis literis Optimus Vir querelas de - -  
 affectu adeo tristi effundit, ut adamantinum pectus gerere cen-  
 sendus sit, qui ad ista non moveatur. Neque tamen soli . -  
 B. Virum insectati sunt, sed progressu temporis maximum agmen  
 obrectatorum prodiit - - Quanta vero eo ipso B. Arndius in-  
 juria affectus sit, in eadem epistola, ad quam omnes impri-  
 mis Arndium impugnantes constanter remitto, legere licet.  
 In viam, quam antea ingressus sum, redeo, iterum iterum-  
 que asserens, vocabula nociva ferio fugienda esse, quod qui-  
 dam ita stricte, imo strictissime quandoque observarunt,  
 ut etiam illis vocibus & phrasibus, in quibus tamen nihil  
 unquam criminis deprehensum fuit, miserint nuntium. Eo  
 collineant verba Dn. D. Sontagii, quando in Disput. quadam  
 de vera fidei forma p. 73 ita dicit: - - ut cautius imposte-  
 rum loquantur, instar omnium sibi gnemonis vice defigant ex-  
 emplum B. D. GERHARDI Senioris, quem Theologorum  
 precipitantis seculi parentem toties a magni iudicii viris salu-  
 ratum novimus. B. quidem D. Rudraufius de hoc ipso in Philos.  
 Theol. p. 129. historiam omnino memorabilem consignavit, Opti-  
 mus, inqvies, & meritisimus Dn. Gerhardus suo tempore vocem  
 Taulerianam Belasheit ex libris Scholæ Eusebianaæ eo consilio  
 eaque de causa submovit, quia blandiri videatur somniis Fana-  
 ticorum, Weigelianarum & Rosacrucianorum, prout ad B. no-  
 strum Mentzerum Jena scripsit dat. 13 Mart. 1623. his verbis:  
 Vox Tauleriana Belasheit, **QUA ET LUTHERUS UTI-  
 TUR**, non alio a me accipitur sensu, quam eo, quem statim  
 addo, videlicet, ut pro abnegatione nostri & resignatione volun-  
 tatis propria accipiatur. Quid enim? An non Ecclesia canit:  
**Dir uns lassen gang und gar?** Nihilo tamen minus, cum in-  
 telligerem, hac vocula Enthusias abuti, eamque calumniae esse  
 obnoxiam, submovi eam ex libris Scholæ Eusebianaæ. Absit  
 enim a me, ut NB. vel verbulum proferre sciens velim, quod  
 somniis